



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

In Funere cujuslibet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

Franc. Xv. epist. 14. ad Joannem XIII. Regem Lusit. *Pre-
menter etiam atque etiam obsecro te Domine, ne pigeris jam nunc
preparare, in illud ultimum periculum decretorii momenti, quid
quid expediri modo ac praveri potest. Morbus enim supremus ac
mortis ingruentis vicinus, ita mentem languentis, in angorum do-
lorumque qui plurimi acerbi, sinique tunc seviunt, presentis singu-
liferam desigat, ut illi nequaquam voces alii curis aut cogitatio-
nibus attendere. & epist. 12. ad eundem. Vidabis te per mortem
spoliatum regnis & possessi nibus ejectum cunctis, in alia longe di-
versa concludi terribilia & tenebrosa regna, in qua durissimum &
acerbissimum erit relegari ex illis aliis avulsam, praesertim si, quod
DEUS avertat, extra paradysum & spem ejus esses remandandus.
Quid verò scriptura de perlonis illustribus dicit. *Judicium
durissimum his qui praesunt, & Potentes potenter tormenta patien-
tur.* Huc reduci potest quòd dicit S. Basil. in Pl. 7. *Domine
aliter Judaeum aliter Scytham judicat.* Sed hoc ipsum clarissimè
Luc. 12. *Cui multum datum est multum requireretur ab eo.* Sed
terribilius est quòd Bern. de Conversione ad Clericos cap. 3.
*Qui bona receperit in hac vita, cruciabitur in futura.**

In Funere cujuslibet Fragmentum.

SAncus Cypr. de Mortalitate. *Non est exitus iste sed ad acer-
bissimam transgressus, hospites & peregrini hic vivimus, complecti-
mur diem que assignabit singulis domicilia sua.* Chrylost. Orat.
de fide Resurrectionis. *Pulchrum filium tuum cadavere defor-
mem lachrymaris, nec cogitas nihil sole jucundius esse, qui quotidie
occidit. Redibit sol iste pulchrior, vincet tenebras quibus te-
pelitur.* Tertull. de resurrect. c. 11. *Surget resurgens sepultu-
ram suam, tenebras, haeres sibi ipsi existens.* Lyranus in illa Eccl.
7. *Memorare novissima tua, sic ait. Mors sicut nauta sedet in ul-*

eima parte navis ut diriget eam. Sicut qui ad clavum sedet, emi non vult mori homines, vult ut nunquam ex arbore poma colligantur, messes ex agro, & lumina non defluant in mare, hyems in anno locum non habeat, vestis non veterascat, &c. Hâc lege nascimur ut moriamur, maturus fructus legi debet, & alii macurescunt citius aliis. Bern. in Pl. Qui habitat. *Quid verò agimus ex quo primo incipimus vivere, nisi mori appropinquare, & incipere mori?* Sed ut Ambr. de iustit. Virg. 3. *Laudatio hominis, non in exordio sed in fine est. Nemo enim nisi legitime certaverit coronabitur. Ideoque sapiens dicit Eccl. II. Ante mortem non laudaveris hominem quemquam, quia in fine hominis nudantur opera ejus.* Tum pomum ex bonitate laudatur, &c. Qui sibi bene est conscius, mortem non timet. Cypr. de mortalit. *Ejus est mortem timere qui ad Christum nolit ire; ejus est ad Christum nolle ire qui se non credit cum Christo incipere regnare, &c.* *Quid ergo petimus & rogamus, Advēnat regnum tuum si captivitas terrena deletat?* In scena sumus, demus locum aliis, in ponte sumus, cedamus ut alii transire possint. Clemens Alexandr. lib. 3. Stromatum, ait Christum interrogatum à Maria Salome, quamdiu vigeat mors? respondisse. *Quousque vos mulieres parietis.* Mutuò datam accepimus vitam, nemo dolere debet, si debitor mutuum reddat. Quid dixit Echnicus Anaxagoras auditâ morte filii? *Noveram me genuisse mortalem.* Quid Pericles auditâ duorum filiorum morte? ad suggestum Oratorium processit, & suam Orationem incitando ad bellum Athenienses dixit. Quid Rex Antigonus in casu simili? *Serius ô fili tam gloriosam mortem obisti.* Et nos Christiani qui spem vitæ alterius habemus!

In Funere cujuslibet.

Hieron. epist. *Quidquid dixero quia ille non audit, qui mor-*

X

mor-